

Quid pro Indis attentione dignum

consequenter etiam eorum commoda debere sentire, iuxta notissimam Regulam iuris in 6. quod qui sentit onus, sentire debet & commodum. In regnis autem Hispaniæ onera gabellaria imponi nequeunt, nisi Comitibus vocatis, Procuratores civitatum, & Tribuni plebis ea probent, vt bene aduertit P. Sancius Dub. 2. num. 5. & talis seruatus stylus in alcaualæ impositione, dum illa est vndecimo Alfonso Regi concessa, vt citati Auctores referunt, & præsertim P. Molina Disputat. 665. Atqui nihil tale in Indiis peractum, vt in illis alcauala statueretur, & saltem quoad duo de nouo addita à præfato Prorege id videtur vrigere. Licet tamen possit id, quod ex Dom. Solorzano adductum num. 118. Sed & quia illud suum non caret difficultate, vt ibi demonstratum, eo se tueri possunt, qui obligationem istam rigidam arbitrantur. De quo hæc satis; si tantum addamur Indos ab onere alcaualæ exemptos per ea, quæ adducit Dom. Escalona supra pag. 151. num. 5. vbi & videnda alia.

CAPVT XVI.

De vectigali maritimo, vulgò Almozarifazgo.

Almozarifazgo quid dignum.

Idem quid Portorium.

Ingens aliquando.

Quomodo D. Solorzano illud augeti quod dicitur.

Almozarifazo, vnde Almozarifazgo, vox est Maurica, & quiddam egyptum illius sonet, de quo non plene constat, Præfectum maritimis vectigalibus colligendis ex iis scilicet, quæ aduehuntur, aut extrahuntur, designat; & ius ipsum exactiois Almozarifazgo dictum. Pro quo videri potest Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 5. numer. 53. & in Politicâ Lib. 6. Cap. 9. qui in Prouincijs Indiarum ait esse maioris quæstus ac ponderis circa Regios redditus, dictum generaliter Portorium, & magis in speciali pro illis explicatur à D. Escalona in Gazophylatio Peruaniano pag. 138. & 139. & aliquando quiddem, teste Matienzo, quem Dom. Solorzano adducit, ita erat vectigal istud constitutum, vt ex mercibus, quæ ad Indias vendendæ comportabantur, quindecim pro centum soluerebantur, & ex vino viginti: ex quibus media pars soluebatur in Indiis, media in Hispaniâ: & est illud iuxta Schedulam Regiam Anni 1566. quæ extat Tomo 3. pag. 449. Quod sanè nimis durum apparet: & ex eo tolerabile videri potuit, quia merces tunc magnis pretijs vendebantur. Sed mirum est quod addit idem Dom. Solorzano. post adducta Matienzi verba Lib. 5. citato num. 54. Sic dicens: Quod tamen quotidie augeti videmus, Regijs necessitatibus, & hostium, Piratarumque incursionibus ita desiderantibus. Sic ille, non obscure significans onus prædictum maius Indies fieri: quod tamen in vino dici in primis nequit antè in Peruuiam afferri solito; adè enim iam illud ex vineis natiuis abundat, vt externo non egeat, nec sit cur generosius apud Europæos debeat exoptare. Circa merces autem alias ad minorem est summam exactio ista redacta; ad rationem scilicet quinque pro centum, iuxta maiorem rei valorum, quem habet in eo Indiarum portu, pro quo registrum est factum. Quomodo ergo stare poterit id, quod ait Dom. Solorzano, supra summam

ingentem illam quotidie vectigal istud augeti?

123 Videtur quidem difficile, sed certè re attentius expensâ potest vtrumque componi. Nam in portu Terræ-firmæ quinque dicta soluentur, iuxta medium pretium, quod ibidem habent. Rursum eum ad portum Callaensem perueniunt, alia quinque soluentur: & deinceps cum in portum Aricæ, aut ex Chilenibus alium prouehuntur, alia quinque. Ecce iam quindecim, vt dictum posuit Auctoris præfati constare, non attentis verbis Matienzi, quæ aliam profectò tunc vigentem dispositionem insinuant, sed quod re ipsâprehenditur. Circa merces autem, quæ ex Indiis in Hispaniam aut Prouincias alias, seu portus intra eandem transuehuntur, ratio est exactiois alia: de qua Dom. Escalona pag. 139. & est quidem non leuis, si præter alia illud perpendamus vectigal istud pro nauigationis securitate solui consueuisse, dum mare ab hostibus liberum nauigantibus exhibetur: quod tamen in mari Australi seu Pacifico, est de subiecto, vt dici solet, non supponente; cuius securitatem non Regia classis, sed marium constituit immensitas, vt sit sanè rarum in illo hostile aliquid experiri quod ad vectigal pro mercibus ex Hispaniâ adductis referri potest, adè accrescens exactiois maris enauigatione, in quâ onerarias numquam pro securitatis commodo naues Regiæ comitantur.

Eius dictum vtrum ostenditur.

Quale pro his, quæ ex Indiis exportantur.

124 Hinc oritur difficultas circa iustificationem vectigalis dicti ei similis, de qua Cap. præcedenti. & qui illam in alcaualâ, si exactio sit vt lege præscribitur, non agnoscent, in eo pariter denegabunt. Sed videtur similiter philosophandum, vt scilicet summa exactiois excessiua sit, sed quæ numquam penitus persoluitur. Quod enim in alcauala euenit, in hoc etiam vectigalis genere deprehenditur; occultantur enim merces, neque rigide cum mercatoribus agit mercium inuolucra resignando, quod esset sanè incommodissimum; sed eorum statim dictis iuramento firmatis, asserentibus merces tales esse eandem, quæ in registro continentur: iuxta Regiam schedulam, quæ habetur Tomo 3. pag. 474. Quibus aliam addo rationem. Nam Reges nostri, cum sint præcipuum Catholicæ Ecclesiæ propugnaculum, plures habent aduersarios: sicut enim contra illam portæ inferi præualere nituntur; ita & contra illos, eiusdem inelictos defensores. Ex quo aliquando euenit vt intra patrimonialia Regna etiam turbationes emergant externorum hostium statibus concitatæ: pro quibus negari nequit quin immensæ thesauri requirantur. Ne ergo frequentiores & nouæ exactiones molestæ vasallis accidant, & in earum præstatione nouæ difficultates oriuntur: quædam præcipue eliguntur, & augentur pro necessitatum incremento. Ex quibus vectigal, de quo agimus, vnum est: quod, vt dictum, maioris quæstus & ponderis comperitur.

An obligatio in conscientia. Vbi quid de alcauala resoluitur.

Ratio pro eo specialis.

125 Circa obligationem autem Regionum Officialium, qui in portibus ad tale ministerium assunt, dictum à nobis num. 23. & seqq. & quod ibi in eorum fauorem admissum & explicatum, ex eo firmari potest, quod in alcaualæ exactioe Regia rescripta disponunt: quod scilicet benignè & vitatis molestiis exigantur, vt dictum

Regionum Officialium obligatio benignè declarata

NUM. 120.

Iuramentum mercatorum tolli valde futurum expedire.

num. 120. & circa vectigal etiam istud Regia est schedula Tomo 3. pag. 474. cuius mentionem faciunt Ioannes de Heuia in Labyrintho Contractuum Cap. 7. num. 20. & D. Escalona supra pag. 139. L. F. in qua decernitur, vt, nisi denunciator sit, dictis mercatorum steter, nec vasa mercium aperiantur, dummodo iurent merces eas metipsum esse, quæ in registro continentur. Quod iuramentum nescio an vlu receptum, sic ita vt semper exigatur, & satis certè esset talem obligationem auferri, cum ex hoc periuirorum quamplurium occasiones orientur. Et iura quidem statuunt multorum testimonium non admittendum, etiam iuramento firmatum, qui ad eum, pro quo iurant, specialem habeant affectionem ob cognationem, aut rationes similes. Quis autem non videat erga propria bona homines, & præcipue eos, qui mercimoniis viuunt, singulari affectione teneri? quomodo ergo eorum iuramentum non debeat haberi suspectum? Et vt eos conscientia suæ non existimemus immemores: cum opinionis sibi fauentes habeant circa huiusmodi obligationem, & aliunde etiam alia sint, iuxta quas licitum est in iuramentis amphibologia vt, quando non leuis in eo vitilitas vitetur: qualis de eorum iuramento potest esse fiducia, aut estimanda securitas? Præstat ergo obligationem iurandi tolli, & illam ministeriorum diligentia suppleri, moderatione adhibita, quam iuxta voluntatem Regis esse in rebus talibus, iam remanet demonstratum.

CAPVT XVII.

De Vectigali alio maritimo, vulgò Aueria.

Aueria quid, & quando imponitur & auerit.

128 Pro præfidiarijs classibus introductum illud, vt scilicet mercatores, & transfretantes alij ab hostibus secuti se & sua possint mari committere, armis Regijs defendendi. Et in Peruuio quidem ob prædictam rationem initium habet, cum Franciscus Drachus Anglicus pirata nauim Regiam solito transmitti thesauro onustam, nec militari aliquo tutamento munitam, Australi in pelago post Magallenicum enauigatum fretum, occupasset. De quo D. Escalona in Gazophylatio Parte 2. pag. 140. num. 3. Tunc enim Excellentissimus Prorex D. Martinus Henriquez classem instruendam statuit, & ita pro expensis in eâ faciendis dimidium pro centum reddendum esse decreuit, quod ad vnum excreuit postea, & tandem ad duo: ex argento scilicet, quod Regijs nauibus exportatur ex Callaensi portu in Panamensem. Et ita affirmat citatus Auctor; cum tamen certum sit solui etiam quando in onerarijs sine aliquo Regio præsidio argentum registratur. Solent autem Proreges circa hoc cum mercatorum gremio compositione benignâ vt, & certâ quantitate acceptâ ad rationem registri fieri soliti, circa alia à perferuatione penitus abstinere, neque in penam commissi capere, quæ non multo negotio possent explorare.

Indulgentia Prorege.

129 Et de iustificatione indulgentiæ huius nullus moueri scrupulus solet, quia hoc modo

viliter Regis negotium agit, & communitatem utilitati consultit. In registro enim grauissimum dispendium mercatores experiuntur, & comodo aliquo circa hoc eidem denegato, pauciora ad registrum adducunt, & modis aliis indemitati facultatum suarum providebunt. Et hoc quidem Regium Indiarum nequit latere Confilium; & cum non damnet, vt damnare alia solet, non debet illicitum reputari. Quod enim de alcaualâ, & portorio dictum nuper, huic etiam exactioe potest attribui: vt scilicet nolit Rex amare peragi, & Prorege suo non licere, quod Officialibus præfatis licitum esse pronuntiauit. Pro quo & iuuat quæ adducit D. Escalona supra pag. 180. num. 16. & 17. & quem allegat Heuia: L. F. Nomine autem Officialium non veniunt nauales administri, qui se ad occultandas mercatorum gazas, & aliorum transfretantium offerunt, pretij non leuis obtentu: iis enim nihil tale licet, quandoquidem Regis stipendium ad tuenda ipsius iura recipiunt, vnde ex officio ad damna inde secuta tenentur, vt sæpius dictum, & pro quo videri specialiter potest Dom. Solorzano Tomo 2. Lib. 5. num. 75. & seqq. & in Politicâ Lib. 6. Cap. 9. in fine, vbi de Generalibus, Almirantibus, Ducibus, Argenti-magistris, Contra-magistris, & militibus id affirmat. Sed quod ad duces atinet, distinguendum videtur: aut enim tales sunt quibus cura nauis incumbat, & ij merito alijs adnectuntur, qui ex officio tenentur non cooperari vt iura Regia defraudentur. Alij autem sunt Infantarij, quibus præcipue res militaris competit: & ij ratione officij nullam videntur specialem obligationem ad prædictam custodiam habere: & eodem modo de militibus asserendum, nisi quando specialis cura custodiæ illis committitur. Sicut & de Contra-magistris, quorum aliud est munus & multo potius de Nauarcho seu Piloto, ob eandem rationem. Qui tamen ex alio generali principio obligari possunt, eo scilicet quod cooperentur defraudationi Regionum iurium, si ij, qui defraudant, ad manifestationem obligantur. Cum tamen ij, quibus ex officio competit, ad restitutionem teneantur; quiddid de opinionibus sit, quæ circa manifestationem esse possunt, de quo dictum alias.

quæ circa illam defraudatur.

Qui Officialium nomine intellegantur.

130 Et vt manifestatio talis in conscientia obliget, præter dicta de alcaualâ & portorio, est Regium rescriptum, quod habetur Tomo 3. pag. 474. in quo Philippus Secundus, clarissimæ memoriæ Rex ita statuit: El que encubriere el Aueria, y no pagare, allende de auer perdido la mercaderia, & cosa que llevar por registrar conforme à la Ordenanza, aunque condonado o executado en perdimento de la cosa, toda via queda obligado à pagar el Aueria della. Y aunque no sea denunciado, ni se sepa, està obligado à la pagar en el suero de la conciencia. Y los que por descargo della viniereen restituyendo, no cumplen con restituir la à ninguna causa pia, sino que se an obligados à restituir la al Reuor, por si, & por interposita persona, por ante el Escribano de la Aueria, &c. Vbi quidem Aueriæ tantum restitutio in conscientia foro præcipitur, non autem alterius contra legem occultati. Quod autem re occultatâ per sententiam amissa, obligatio in conscientia foro ad Aueriæ solutionem remaneat, nimis esset durum, & ita rescripto præfato id non videtur imperari;

Aueria an in conscientia obligat, pro quo pena reconditur.

Philipp. 2. rescriptum obligatio nem saltem statuimus, & quid ex illo ut accutatur.

sed

sed tantummodo quando denunciator non extat, nec de occultatione habetur noticia. Quando autem est denunciator, & propterea in commissum inciditur, relque amittitur; tunc fiet obligatio manere dicatur, de conscientia tamen foro nihil pronuntiat.

*Si non peccatur non debet.*

131. Hinc est, vt si contingat Aueriam non exigi, non restet obligatio restitutionis. Quod est iuxta eorum doctrinam, qui dicunt obligationem talium legum esse disiunctiuam, seu alternatiuam, quarum sensus est: *Ordinamus, seu statui-mus, vt quislibet vectigalia soluat, alioqui merces amit-tat.* Quae ita obligant, vt vnus e duobus de-beat eligi; vel soluere vectigalia, vel poenam subire post condemnationem, si res fuerit apprehensa. Sic Nauarrus in *Manuali Cap. 23. num. 54.* non ergo debetur vtrumque. Quod & alij tradunt dicentes, quod si culpa Custodis, qui trans-fretantes denunciare omisit, soluta vectigalia non fuerant, vtrumque Publicano, aut Principi non debetur; hoc est, tributum & res, in poenam tri-buti non soluti: sed illud lucrum, quod ex duo-bus maius est, pretium scilicet mercis, aut merces ipsa. Pro quo videri potest P. Rebellus *Parte 1. lib. 2. de Restitutione, Quaest. 16. num. 2.* & est etiam conforme aliorum doctrinae dicentium Officia-les, qui sunt causa damni in casu dicto, debere in conscientia illud refarcire; in optione autem Fisci, seu conductoris vectigalium Fiscalium acci-pere vel quantitatem poenae, quae de iure a iudice parti accusanti applicatur. Sic Ioannes de Medi-na *Codice de Restitutione, quaest. 22. dub. ult. s. Et sic est vnus.* Et Sayrus *Lib. 10. tract. 2. cap. 14. num. 19.* qui, sicut & plures alij, supponit non esse obligationem in defraudante gabellas ad vtrum-que; quia obligatio Officialium est in subfidium, quando scilicet illi non restituunt, qui sunt causa principalis, vt citati aduertunt, & praesertim Medina, & Sayrus, quibuscum sentit P. Fragosus *Tomo 1. pag. 521. n. 89.*

*Esse disiun-ctiuam, & non obliga-re ad omi-sionem & poenam.*

*Vt in con-scscientia no obligat, quia succurrunt.*

132. Ex eo autem quod in scripto praefato dicatur obligationem esse in foro conscientiae, bene quidem intelligitur intentio Principis gra-uandi quantum potest, iuxta satis receptam do-ctrinam. Per quod supponitur vectigal esse ius-tum, secundum omnes circumstantias, quae ad iustificationem sunt necessariae, & ab Auctori-bus praefatis, atque aliis explicantur. Hoc autem ita contingere in specialis casus contingentia, est difficile iudicare. Vnde quidquid de illius inten-tione sit, si aliis de iustificatione non constat, maior illius obligatio non erit, quam si modus ille obligandi expressus non fuisset. Quemad-modum etsi non exprimat, si aliunde materia legis grauis est, & sine graui obligatione redde-retur inutilis, in foro conscientiae ligat, iuxta dic-ta *Titulo 2. num. 3.* Expressio ergo nihil speciale operatur supposita legis aequitate, & adductis rati-onibus, pro illius obligatione. Sed suppositio, vt diximus, est difficilis, & quam negant plurimi. Cuius satis validum argumentum est, vix ali-quem repertum, qui fraudatam restituerit Aue-riam, cum tamen sint innumeri, qui illam defrau-darint. Nec credibile est illos animae suae salutem penitus neglexisse, cum & Sacramenta suscipiant, & Christianorum ritu moriantur. Ipsi ergo, & ab ipsis consulti conscientiarum ductores, suppo-

sitionem dictam inficiati sunt, aut de illa dubita-runt. In casu autem dubij vectigalia non obligare in conscientia, & ea praesertim, de quorum initio constat, multorum sententia est, pro quo videri potest P. Thomas Sancius *Lib. 2. Consiliorum, Cap. 4. dub. 6. num. 5.* vbi plures adducit, quos & se-quitur, sicut & P. Lessius *Lib. 2. cap. 33. num. 63.* vbi plures etiam allegat obligationem conscientiae in nouis vectigalibus, aut veterum incremen-tis remouentes, quia de illorum iustitia satisfactio plena non habetur. P. Filiucius *Tract. 28. cap. 7. num. 127.* P. Molina *Disp. 674. num. 9. s. Quinta conclusio,* & alij. Rescriptum ergo praedictum reue-renter accipiendum est, & capiti imponendum, quod & rationes probabiles iustum possunt com-probare: de illius autem efficaciam quoad con-scscientiae forum quis possit certum aliquid polliceri? Pro quo & facit, eo tempore, quo Seduc-la Regia transmissa, Aueriam ad rationem tan-tum vnus pro centum persolutam. Circa illud ergo potuit grauamen conscientiae constitui: cum tamen postea fuerit geminatum, hoc extra obligationem praefatam manet, & quidquid in posterum adiciatur.

*In casu de-ij non obli-gare ue-ctigalia.*

*Quid deve-scriptio de-beret.*

*Aueria O-ccasione ma-xis grauis, & qualiter exigatur.*

133. Et tolerabilis quidem Aueria, quae pro mari Pacifico soluitur, haberetur, si non alia quaes-tuosior succederet, ad expensas omnes Regiae classis, quae ex Hispania in Indias mittitur: illa enim pro rata ex aceruo diuitiarum, quae ex In-diis comportantur, cuiuscumque fuerint, Regiis demptis, extrahuntur. Ex quo fit vt ad rationem duodecim pro centum quam solui contingat, moderatissima habeatur, esse enim maior multo solet, & ad viginti, & amplius non numquam peruenire. Ex eo enim quod pro certo habeatur plurima sine registro reportari, iuxta id, quod verosimile apparet, vnusquisque grauatur. Habet autem hoc id commodum, vt ex tali pensione iuxta verosimiles in dicta coniecturas, persecuta-tionis damnus euitetur, quae fieri posset in Hi-spaniae portibus, antequam singulis educendi res suas facultas traderetur. In quo varia esse ar-bitria solent, dum Regij ministri, quibus visitatio est classis Regiae commissa, pro iuribus Regiis in-tegre colligendis satagunt, & diuitiarum domini Aueriae grauamen, quod excessiuum reputant, & praesertim argenti sui molestam & perniciosam detentionem, conantur destinare. Et vt exactio ista aequa non sit, suadet in primis excessus dictus, iuxta Doctorem omnium in materia ista senten-tiam, de qua dictum saepius. Deinde. In Regia classe non sola priuatorum expectantur diuitiae, sed Regiis etiam thesaurus: & ita exportationis illius expensae non debent ad priuatos pertinere. Praeterea. Ex dubiis coniecturis non debent onera certa deduci, ac si id, quod coniecturae in-dicant, esset penitus exploratum: in dubio enim melior est conditio possidentis, vt est regula iuris notissima: si ergo aliquid ob coniecturarum verosimilitudinem eliciendum est, sit illud maxi-me moderatum, & sponte potius datum quam extortum: quod aliquando factum, vt non de-beat benignitate Regiae, cuius auctoritate res agi-tur, indignum reputari.

*Non esse iustam qua ostendere videntur.*

134. Ad haec, quae videntur esse verissima, id dici tantum potest, necessitates nimium quan-tum urgere, & ad ita, ac duriora saepius, obligare.

*Excusatio necessitate non debet ad tolerari.*

Et

aut modum illius specialem, conuehantur. Pro quibus sit

S. I.

Due speciales prohibitiones expenduntur.

136. PRIMA est circa registrum: quidquid enim sine illo tranuehitur, vbi facien-dum praescribitur, Fisco addicitur, quia Regia iura eo pacto defraudantur. Cui tamen rationi videtur esse contrarium id, quod habet citatus de Escalona, *s. 4. num. 8.* vbi ait etiam ea, ex quibus non debentur iura, debere registrari: ergo regi-stri alia est ratio magis generalis, quam ille red-dit, *num. 1.* Vnde triticum, etiam cum extra Pro-uincia non exportatur, registro subiiciendum est. Ratio ergo est; quia noticia eorum, quae tranuehantur, necessaria est: sic enim publicae economiae congruit, & defraudationis Regiorum iurium cura deponitur, dum quod exportatur, Regiis sit Officialibus manifestum. Potest etiam accidere, vt non expediat aliqua extrahi, quia sunt pro eo loco necessaria, vt triticum, farina, legumina, & similia si quae sint alia.

*Registrandi obligatio etiam ad non venia extenditur.*

137. Aduertit autem citatus Auctor *s. citato, num. 11.* facto legaliter registro non cadere in commissum, qui iura Regia non soluunt, quia hoc per actionem specialem & determinatam pe-titur: licet poena non soluendi sint per quadrupli solutionem. Quae distinctio quoad substantiam nullius momenti est: si enim defraudatio iurium quadrupli solutione mulctatur, quid interest quod hac aut illa petatur actione? Addit *num. seqq.* quod si res registrata deficiat, non tamen dolo eius qui eam registro subiecit, aut alterius, ad cuius curam pertinet, Fisco perit, & ita non potest petere aestimationem, est enim rei talis do-minus. Ex *Ordinationibus Regiarum Capitarum. An. 1573.* Quod est sane difficile. Si enim dolus ab-fuit, vnde Fiscus dominus? Si praeterea illi perit, ad quid tale dominium perentis, quae, si extaret, ad suum dominum pertineret? Rogo enim, quando res talis Fisco acquisita est? Non quidem cum registrata non est, quia dolus abfuit: nec sequenti tempore, quia ratio est eadem: ergo dominium, si datur, ad tempus, in quo perit, re-ferendum. Si dicatur rem non registratam eo ipso pertinere ad Fiscum: ex eo autem quod dolus abfuit, haberi illud commodum, vt aestima-tio non petatur, quia domino perit. Contra est; quia ex eo Fiscus fit dominus, quia in commissi poenam inciditur, vnde & poena ipsa absolute vocatur commissum. Atqui in casu isto nequit dari poena, quia non datur culpa: ergo nec Fiscus dominium acquirere. Qui discursus videtur ma-nifestus, & pro eo faciunt quae citatus adducit *num. 20.* dicens ea quae in portibus ob violen-tiam aliquam exposita reperiuntur, non cade-re in commissum, quia dolus abfuit. Quod & eum alii tradit P. Fragosus *Tom. 1. pag. 401. num. 54.* & habetur expressè, *L. ult. s. Diui. 2. D. de Publican.* Quod autem addit citatus Escalona, in casu dicto deberi portorium, pro quo & citat P. Fragosum, durissimum sane est, & ita iure Caesareo reprobatur. *L. Caesar. C. L. ult. s. Si propter necessitate.*

*Si legaliter fiat, non incurri poenam, etiam iuribus no solutis, quid momenti habeat.*

*Doctrina quadam de re sine dolo perente discutitur, & eius Auctor no-tatur.*

*Aliud exactio-nis ge-nus ob per-sonalem de-portationem, quomodo erga Eccle-siasticos no-debeat to-lerari.*

*Sicut nec Aueria, quia gabel-la proprie est: sedus regis-trum.*

Et id quidem ego ita esse arbitror: oportet ta-men vt temporibus bello infectis, bellum in pro-pria viscera minimè conuertatur, & desideratissi-mi Hispaniae portus ipsis sint maris tempestati-bus, & hostilibus infectionibus grauioribus. Ne-que ego pro necessitate temporum doctrinam exhibeo, sed generalius loquor, quia & extra ne-cessitatis tempora, multa ex praedictis peragun-tur: plurima tamen, vt creditur, citra Regis con-scientiam, cuius erga subditos benignissimi animi plura & eximia habentur argumenta. Et verò quod modò non habet ille ex diuitiis Indicis, habebit postmodum; omnia enim quae in Hi-spaniam deferuntur, ad negotiationes prodeunt in lucem ex nauium veteris, & ex negotiationibus emolumenta maxima Regi accrescunt: vt merito negotiantium quouis dicere illi possit: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

135. In praedicto autem exactio-nis genere aliud interuenit, quod sine aliquo conscientiae remorsu practicitur: estque personale ob calca-tam, vt dicunt, nauim, & notabile profectò: per-sonas scilicet Ecclesiasticas more aliarum ad eam-dem compelli: sed certe cum gabellae genus sit, ad quarum illa solutione exemptae sunt, non vide-tur quomodo id possit ita securè tractari. Si enim dicatur Regem non teneri gratis Ecclesiasticos suis in nauibus transportare, & ita quod soluitur, non gabellae, sed solutionis ob commoditatem praestitam, rationem habere: est enim domus mobilis pro maritima habitatione, siue currus aquaticus, aut inanime iumentum pretio ab Ec-clesiasticis obtinendum. Si inquam hoc dicatur, potest redargui manifestè: nam commoditatem tranuectionis gubernatoribus nauium Ecclesia-stici soluant, & quaestuosissimam quidem solutio-ne. Praeter hoc autem Aueria imponitur, quae absque dubio gabellae genus est ob dictos fines constituta: ergo ab illo debent Ecclesiastici esse prorsus immunes. Peccant ergo grauer exigentes, & poenas Ecclesiasticae libertatis violatorum incurrunt. Sin minus ostendant vnde in hac par-te, quod exequuntur liceat: quod certe non poterunt, nisi quae circa hoc Pontificia Sede quidquam indulgente. Ad registrum teneri ve-rosimiliter dici potest, quia lex ciuilis est ob commune bonum lata; & tales ad Ecclesiasticos extendi, sic Pontificio Iure conueniente, mul-torum sententia est, pro qua Auctores congerit P. Fragosus *Tomo 1. pag. 141. num. 305.* quos & ille sequitur. Non ita ad Aueriae solutionem; quia gabella est, cui omnis Pontificiae Sedis resi-stit auctoritas: Ecclesiastici enim soluentes suam redimunt vexationem, vt in aliis contingit.

CAPVT XVIII.

De Regiis alijs emolumentis ex poenis Commissi prouenientibus.

*Poenae com-missi quid sit.*

AGunt de illis Dom. Solorzanus *Tomo 2. Lib. 5. num. 64. & seqq.* & in *Politica Lib. 6. Cap. 10.* & Dom. Gaspar de Escalona in *Gazophylacio lib. 2. Parte 2. cap. 12.* per aliquos *s. s.* & talia sunt quae ex amissione eorum habentur, quae contra leges exportationem vetantes,

*Pro expo-sis per vio-lentiam in portibus no-deberi por-torium.*